

pulcra componant^a dictamina, quod tamen illis arte accedit^b, non natura. Omnis enim ars a natura sumit^c initium, quę dum inest anime per naturam, ignoratur tamen a plerisque, nisi a magistro discatur, per carnis hebetis coniecturam. Excitatur ergo a magistris torpens^d animus et quasi e somno vigilans naturaliter meminit quę docentur^e.

G. venerabili clerico^f et amabili, divina et humana sapientia imbuto, R. suus fidelissimus utriusque vite felicitatem^g.

A. clericorum eximio, omni commendando tripudio O. suorum amicorum intimus quicquid potest scribi iocundius vel quicquid est contrarium malo preter ipsum malum.

Domino M. venerabili monacho, litteralibus studiis vel disciplinis aprime imbuto vel instructo, A. sibi per omnia subditus fidelitatis obsequium, vel aliter sincere devotionis famulatum, vel Marię officia post Marthe exercicia, vel Rahelis pulchritudinem post Lie turpitudinem.

Domno et venerabili patri R. Lucensi¹ episcopo, religione et sapientia eminentissimo^h, O. suorum clericorum ultimus quicquid patri peramans filius, perseverantem in tua voluntate famulatum, fidelissime servitutis augmentum.

A. Tiniensi² fratri et cöepiscopo utrąque sophia imbuto, religionis gemmis suffulto, B. Tusculanus³ solo nomine dictus episcopus fraternitatis et dilectionis fidelissimum famulatum.

Fidele cum oratione continua servitium, eternam utriusque hominis sospitatem.

H.⁴ Cesar dei gracia Romanorum imperator augustus cunctis Italicis fidelibus gratiam et bonam voluntatem.

Reverentissimo patri pape Paschali⁵ Alexius⁶ imperator Constantinopolitanus, superno munere victor

a) 'ponut' Hs. b) 'cidit' Hs. c) 'simit' Hs. d) 'torpes' Hs. e) 'docetur' Hs. f) 'clericus' Hs. g) 'felicis' Hs. h) 'inminentissimo' Hs.

1) Der Lucensis episcopus wird jedenfalls der von Lucca sein; gewöhnlich wird er der episcopus Lucanus genannt, während der von Lugo in Spanien der Lucensis ist; man wird zu denken haben an Rangerius oder Rudolf von Lucca (siehe oben S. 71, N. 1). 2) Der episcopus Tiniensis ist der von Knin in Dalmatien; 1111 war dort Anastasius im Amte. (Aber vielleicht ist 'Ticinensi' zu lesen). 3) Die Sigle B lässt sich für die in Betracht kommende Zeit auf keinen Bischof von Tusculum deuten. 4) Kaiser Heinrich V. 5) Papst Paschal II. 6) Kaiser Alexius I.